

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis Caput 1: De peccato (3)

Bernardus:

Si qui perfecte sentiunt onus peccati et anime lesionem
aut parum aut ex toto non sentiunt corporis penam.

Quisquis enim perfecte senserit onus peccati et animae laesionem,
aut parum sentiet, aut ex toto non sentiet corporis poenam,
nec reputabit laborem, quo peccata noverit deleri praeterita,
futura caveri.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in labore messis*, 1.4 (SBO 5,
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.219, ll.17-19).